

Hermannus in Prolosione de Persis, Lipsiae edita 1814. quam viri egregii humanitati debeo, suspicatur eunuchum istum minime ex servorum numero fuisse, sed munere aliquo insigni apud regem functum esse; a cuius equidem sententia invitus discedo. Erat autem, ni fallor, eunuchus iste servus, ex eorum genere, qui στρώται dicebantur, de quibus insignis est Athenaei locus II. p. 48. C. *Πρώτοι δὲ Πέρσαι, ὡς φησιν Ἡρακλείδης, καὶ τοὺς λεγομένους Στρώτας ἐφεῦρον, ἵνα κόσμον ἔχη ἢ στρώσις, καὶ εὐάφειαν. τὸν οὖν Κρηῖτα Τιμαγόραν, ἢ τὸν ἐκ Γόρτυνος (ὡς φησι Φανίας ὁ Περιπατητικὸς) Ἐντιμον, ὃς ζήλω Θεμιστοκλέους ἀνέβη ὡς βασιλέα, τιμῶν Ἀρταξέρξης, σκηνήν μὲν ἔδωκεν αὐτῷ διαφέρουσαν τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, καὶ κλίνην ἀργυρόποδα· ἔπεμψε δὲ καὶ στρώματα πολυτελῆ, καὶ τὸν ἰν ὑποστρώσοντα, φάσκων οὐκ ἐπίστασθαι τοὺς Ἕλληνας ὑποστρωννύειν.* Unde liquet, artem sedilia sternendi, quae in Homeri \* aetate rudior erat, peculiarem apud Persas servum postulasse. Nec dubito, quin ipsas voces, *στορνὺς θρόνους*, quas ex Glaucō affert Grammaticus, ipse Phrynichus usurpaverit. In θρόνῳ enim, seu δίφρῳ insidere, apud Persas dignitatis indicium erat. Herodot. III. 144. *τῶν Περσέων οἱ πλείστου ἄξιοι, θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἑκατέατο.* et ibid. 146. *τῶν Περσέων τοὺς δίφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἔοντας ἔκτεινον.*

Ex eadem autem Phrynichi tragoedia versum conservavit Athenaeus XIV. p. 635. C. *Φαλμοῖσιν ἀντισπᾶστ' αἰείδοντες μέλη,* ad quae μέλη alludit Aristophanes in noto isto vocabulo, ἀρχαιομελεσιδωνοφρυνιχήρατα, Vesp. 230. ubi vide Scholia. *Ἀντιaticista*

\* Odyss. T. 97. *Εὐρυνόμη, φέρε δὴ δίφρον καὶ κῶας ἐπ' αὐτοῦ.*